


DE CONSERVANDA

Auic. loco citato. Et fugunt, inquit, ex fumo eius uermes uenenosi.

DE VIOLA, CAP. LXIII.



CRapula discutitur capitis dolor atq;
grauedo,
Purpuream uiolam dicunt curare ca-
ducos,

Ebrietas. Referuntur hic tres proprietates, siue effectus
uiole. Primus est, uiolam sedare ebrietatem. Odo-
rem enim habet temperatum, & suauem, & hic ma-
ximè confortat cerebrum. Forte autem & ualidum
cerebrum, non facile ebrietate tentatur, sed imbe-
cillum facilimè. Viola item cum frigida sit, cere-
brum refrigerat, & ineptum reddit ad recipiendos
fumos